

Johann Christoph Lindes

**Modesta Hypothesis Ad Statum Integritatis Hominum Quondam Existentem : Ex  
Rationis Excitatae Principiis Demonstrandum**

Gottingae: Schulzius, 1757

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn842363610>

Druck Freier  Zugang





1298  
a. B.  
48. b. 8.

Fa-1092(4.)<sup>72</sup>

2.  
3.  
4.  
30.  
5. o  
29.  
28.  
16.  
18.  
27. 35  
7. 7.  
10.  
11.  
12.  
13.



2.  
3.  
4.  
30.  
5.  
29.  
8.  
18.  
17 35  
7.  
9.  
1.  
2.  
3.



2.

3.

4.

30

5.

29.

18.

18.

2.

35

2.

2.

2.

2.

3.





4.

MODESTA HYPOTHESIS  
AD  
STATVM INTEGRITATIS  
HOMINVM QVONDAM  
EXISTENTEM

---

EX  
RATIONIS EXCITATAE PRINCIPIIS  
DEMONSTRANDVM  
AVCTORE

IOANNE CHRISTOPHORO LINDES

LVCHOVIA LVNEBVRGICO

SS. LL. C.



G O T T I N G A E  
TYPIS I. C. L. SCHVLZII ACAD. TYPOGRAPHI,  
1757.

2.  
31.  
21.  
5. 30.  
6. 29.  
7. 28.  
8. 18.  
27. 35.  
9. 17.  
10. 1.  
11. 1.  
12. 1.  
13.




V I R O  
PLVRIMVM REVERENDO DOCTISSIMOQVE  
**DAVIDI PETRO LINDES**

ECCLESIAE LVCHOVIENSIS ARCHIDIACONO  
EIVSDEMQVE DIOCESEOS SENIORI  
LONGE MERITISSIMO

P A T R I S V O  
RELIGIOSO VENERATIONIS ET AMORIS CVLTV  
AETERNVM SVSPICIENDO

STVDIORVM SVORVM ACADEMICORVM  
IAM BIENNIVM  
ΑΠΑΡΧΗΝ HANC  
EA QVA DECET PIETATE AC OBSERVANTIA  
SACRAM ESSE CVPIT

A V C T O R





### §. I.

#### PRINCIP. QVODDAM VNIVERS.

**Q**uum quicquid est, existentiae suae rationem sufficientem habere debeat (per princ. Ontol.) & ens quoddam rationale terrestre, vulgo *homo* dictum, existentia gaudeat (per princ. psychol. empiricae) sequitur, hominem quoque existentiae suae rationem sufficientem habere.

#### SCHOL. I.

Nullum, qui vel tantillo sensu vigeat, de *principio rationis sufficientis* aut *determinantis*, vt alii malunt, ambigere posse iure meritoque arbitramur. Sine illo enim mundus verus abit in fabulosum, & discrimen boni malique ne cogitari quidem potest. At non tamen, quod mirum nobis videatur, defuerunt, qui principium hoc non nisi caute & circumspekte adsumendum esse monuerunt. Quamquam contra hos ulteriori a nobis comitari probatione posset principium hoc

vniuersale; neque tamen id locus neque indulgentia lectorum iam permitteret; quare multo satius esse putamus, opposuisse eiusmodi aduerfariis scripta & argumenta solidissima principii huius defensorum, & ex horum numero praesertim lectu dignissimam dissertat. celeb. *Carpouii*, de ratiouis sufficien-  
tis principio 1725. Ienae habitam, *Bilfingeri* dilucidat. philos.  
§. 67. seq. B. *Reinbeckium* in meditat. in Aug. Confess. tract.  
primo pag. 15. §. 12, 13. & Ill. *Hollmanni* philos. nostrae aeta-  
tis inter principes philosoph. primam part. I. cap. 2. pag. 487.  
vbi sic egregie: “vix quemquam ergo porro futurum spera-  
mus, cui mens sana in corpore sano sit, quiue illa, quae ad-  
huc attulimus aqua mente ponderauit, qui absque ratione  
sufficiente nihil fieri aut fieri posse in dubium amplius sit vo-  
caturus.

## SCHOL. II.

Existentiae hominis veritatem ex metaphysicis lemmatis iure praesupponimus. Nitimus scilicet illo *Carthesi: cogito, ergo sum.* conf. eius princ. philosophiae pars I. §. 7. medit.  
2. Ill. *Bilfingerus* in dilucidd. philosophicis §. 239. S. V. *Wal-*  
*chius* in lexico philosophico p. 2049. seq.

## §. II.

## ENS INDEPENDENS ET CONTINGENS QVID?

Ratio sufficiens entis l. est in ente ipso l. in alio ab ipso ente diuerso. Prius audit in scholis philosophicis *ens per se, ens absolute independens*, posterius vero *ens contingens vel mutabile.* (per princ. ontol.)

## §. III.

## ENS ABSOLUTAE NECESSARIVM QVID?

Illud ens independens quod, facto regressu, rationem sufficientem omnium entium in se ultimato conti-  
net,

net, siue cui omnia entia existentiam suam debent, *ens* dicitur *absolute necessarium*; qua voce artificiali tale ens insignitur, quod numquam non exstitit, quodque non existere ne quidem potest. Sponte ex his fluit; ens tale esse perfectissimum.

## §. IV.

MVNDVS QVID?

Mundus est series (complexus) rerum mutabilium omnium tam simultanearum quam successuarum inter se connexarum.

CONSECT.

Quidquid ergo mutabile est, mundo adnumerandum.

## SCHOL.

Qualis hic *mundus* intelligatur quin variæ rerum notiones hoc nomine indigitentur, ex definitione ipsa perfici fatis potest. Caeterum quas experta est haec definitio obiectiones abunde solideque refutatas imuenies in S. V. Io. Ernesti Schuberti theologi aequae ac philosophi Celebratissimi institut. metaphysicis parte 3 cap. 1. p. 393. seq. conf. etiam Celeb. Carponius in responf. ad quaestionem 130. §. 134. seq.

## §. V.

EST CONTINGENS.

Quicquid contingens est, non est absolute necessarium (per princ. contrad.) & per consequentiam non continere potest rationem sufficientem entis in se ultimato. (per §. 3.) Iam vero mundus est contingens (per definit. mundi & princ. metaphys.) Ergo mundus non in se habet rationem sufficientem hominis ultimato.

SCHOL.

4.

2

31.

21.

5. 0.

6. 29.

7.

8.

46.

35.

8.

47.

9.

4.

10.

11.

12.

13.

SCHOL.

Breuitatis causa omni, ut nobis videmur, iure ex metaphysica contingentiam mundi tamquam veritatem omni exceptione liberam supponimus. Metaphysici nostri labori huic dudum iam se accinxerunt satisque illum feliciter superarunt, ut nostra aetate nullus nisi leuioris ingenii aut Edelmannianaæ impudentiae homo contingentiam mundi negare amplius posset. Conf. hac de re praesertim dissert. solida eruditione elaborata *Io. Ernesti Schuberti* Ienae habita, cuius epitomen nobis exhibent eiusdem institut. metaphysicae parte 4. cap. I. pag. 517. Ill. *Bilfingeri* dilucidd. philosophicae cap. 4. §. 156. *Io. Dan. Mülleri* peculiaris demonstrat. de composit. corpor. ex entibus simplicibus. Sect. III.

§. VI.

HOMO EST CONTINGENS.

Quum omne mutabile mundo adnumerandum (per consecr. §. 4.) homo vero mutabilis siue contingens sit, satis liquet; hominem partem mundi constitutere & sic possibilitatis suae complementum alteri debere enti extramundano, siue quod idem est, hominem a Deo creatum esse.

SCHOL. I.

Contingentia hominis sic euinci potest: si homo quis, qui existentia iam gaudet, unquam non existit, nullo modo repugnat essentiae hominis etiam non-existere. Iam quotidiam habemus testem experientiam, quosdam homines olim non existisse & alios, hactenus qui non existiterunt, existitos quandam esse: Ergo essentiae humanae non contrariatur etiam non-existere. Ens vero absolute necessarium ne potest quidem non existere (per §. 3.). Ergo homo non est ens absolute necessarium, hinc inutilis, siue contingens.

SCHOL. II.

## SCHOL. II.

Ne velim offendat quempiam, quod supra afferui, creari & possibilitatis suae complementum accipere eandem esse actionem. Superstruo conceptum hunc definitioni existentiae Ill. L. B. a Wolf cuius hac de re conferatur philos. prima pag. 150. & ontol. lat. pag 143. quae si in faluo est, quod ex defectu refutationis vicitris adhuc dum opinor, non per spacio quo iure vituperari possit noster creationem concipiendi modus; quamvis non diffiteor, creationem etiam definiri satis apte posse "per largiri non existentibus existentiam," secundum expressionem biblicam, quae legitur in Epist. Paulli ad Rom. IV. 17. καλειντα μη ωντα ως ωντα. Ambigua vero & paene absurdula est definitio apud multos adhuc usitata quod creatio scilicet sit: productio substantiae *ex nihilo*, de qua conf. eruditissima dissert. S. V. Fuerlini, Viri, mea quideam elogia supergressi, de axiomatica: *ex nihilo nihil fieri* Altorfiae ventilata.

## §. VII.

## ACTIO QVID?

Actio est ratio sufficiens mutationis. Per mutationem vero intelligimus id, quod efficit, ut res aliqua nunc aliter concipiatur, quam antea concipiebatur (per metaph.)

## §. VIII.

## SUPPONIT SEMPER FINEM QVEMDA M.

Omnis entis intelligentis actiones supponunt finem quendam, cur illas potius suscepere quam non suscepere (per canon. metaph.) Finem vero dicimus id, quod causa efficiens per actionem suam obtinere intendit (per metaph.)

## SCHOL.

Forsitan aliquis contra canonem superiorem metaphysicum exciperet, causam efficientem intelligentem actiones susciperre posse sine fine quodam obtinendo. Exempla quae ad hoc



stabilierunt sexcenties recoquuntur, odiosa iam nimis sunt & decantari hic non merentur; multo erit rei contuientius, acclamasse eiusmodi hominibus tritum illud fereque prouerbiale: *ex negatione cognitionis rei non sequitur negatio eius existentiae.* Confitendum omnino est, suscipere homines interdum & quotidie actiones de quibus saepe nullam, saepius non promptam aut subitanearum reddere possunt rationem, sed quis adeo pruritu iudicandi laboraret, ut huiusmodi actiones omni fine destitutas esse, adlereret. Et si etiam inter Aristotelem & Leibnitium viam hac in re medianam sectaremur, & quasdam actiones cum fine, quasdam absque fine suscipi affirmaremus: nullus tamen medioeris tantum ingenii homo negare unquam audebit, actiones praemeditatas & adaequata-mentis trutina examinatas semper comites habere fines, ob quos potius susceptae, quam non susceptae sint.

## §. IX.

## ACTIONES DEI SUPPONUNT FINES.

Quum omne ens intelligens secundum fines agat (per §. 8.) & Deus ens sit perfectissimum (per §. 3.) illud vero necessario intelligens esse debeat, quia alioquin non esset ens perfectissimum, oppido patet, Deum numquam agere, ubi non per actiones suas finem quemadmodum intendat.

## SCHOL.

Quamquam haec veritas adeo evidens sit, ut omni exceptione maior censeri iure possit: non tamen nulli, quibus neque eruditio neque fama deest, fines diuinos plane negare ausi sunt. Hos inter eminet Magnus Carthesius, Robert Boyle & Petr. Poiretus, qui posterior in suis cogitationibus de Deo arbitratus est, Deum non habuisse ante productionem mundi omnia, quae habere potuisset, si per creationem mundi finem obtainere voluisset, sed plane immemor fuisse videtur, esse illud, quod Deus per creationem obtainere voluit aliquid ab essentia & affectionibus eius diuersum. Arguit porro, Deum, si fines haberet, ab illis in agendo dependere,

re,

re, quia actiones eius rationem suam haberent, in finibus & per consequentiā in rebus a Deo diuersis. Sed recte regesserunt nostres: rationem sufficientem actionum Dei non in finibus, sed in cogitatione & representatione finium contineri.

### §. X.

#### CREATIO MUNDI EST ACTIO.

Mundus nondum creatus & hinc mere possibilis adhuc adnumerandus, aliter concipitur ac mundus creatus, hinc apparet, creationem mundi mutationem produxisse. Quum vero id, quod ratio sufficiens mutationis est, actio audit (per § 7.), sequitur, creationem actionem esse, & quia actio Dei est & ille ens intelligens (per §. 8. 9.) necessario per illam finem quemdam intendi debuisse.

### §. XI.

#### MANIFESTAT. PERFECTIONVM ENTIS QVID?

Ens intelligens perfectiones suas manifestare tunc dicitur, si extra se actiones suscipit ex quibus perfectiones eius cognosci possunt.

#### SCHOOL.

Haec thesis nulla indiget probatione, exemplo illam illustrasse abunde sufficiet. Hominem doctrinam tunc manifestasse dicimus eruditionem suam, si vel librum solida eruditione elaboratum cum orbe eruditio communicat, vel quoquecumque alio modo ostendit, se intellectum suum scientiis ac instrumentis ad illas, linguis scilicet emendasse. Si vero neque reipublicae eruditiae digna doctrinae suae specimina tradidit, neque eidem testimonii aliorum fide dignorum persuadere de sua potest eruditione; absurdum sane esset si talis homo orbis eruditii adplausum postulare tamen vellet.

## §. XII.

FINIS CREATIONIS MUNDI QVIS?

Finis creationis mundi est manifestatio perfectio-  
num diuinarum.

## SCHOL. I.

Occasionem iam nanciscimur oblatam illorum senten-  
tiam examinandi, qui finem creationis duplēm esse statuunt  
illumque in *primarium & secundarium* dispescere solent. Fe-  
licitatem rerum creatarū vehementer vrgent illamque sco-  
pum creationis secundarūm esse acriter propugnant. Sed  
obseruandum probe est; omnes Dei fines vel ad se ipsum &  
sic *subjective* vel ad alias res extra Deum respicientes & sic  
*objective* concipi posse. Quum nunc vero in creatione rerum  
extra Deum positarū certus iam finis, manifestatio nim-  
rum proprietatum diuinarum, prout inter omnes conuenit,  
necessario existat, & felicitas substantiarum creatarū fini huic  
tamquam medium inferuiat, nullum vero ens in uno eodem  
que respectu simul finis esse potest & medium; satis super-  
que elucet, finem Dei in productione aliorum extra se enti-  
um non esse posse entium horum felicitatem sed potius pro-  
prietatum siue perfectionum suarū manifestationem. Quibus  
diuisionem finium, qua actiones spirituum finitorum distin-  
gui solent, ad Deum adplicare placet: possunt rerum crea-  
tarū felicitatem *finem* creationis mundi *intermedium* appellare.

## SCHOL. II.

Si manifestatio proprietatum diuinarum scopus creationis  
mundi appellatur, illud sioi nihil vult aliud, quam *Deum*  
*mundo eam ob causam existentiam largitum esse*, ut perfe-  
ctiones suas infinitas creaturis reuelaret. Quum vero omnes  
creaturaē in *rationales & irrationales* dispescuntur & ratio-  
nales tantum capaces sunt ad fixi huic diuino satisfaciendum,  
quia illae eo tantum gaudent, quod ad cognitionem Dei ne-  
cessario requiritur, euidenter perspicitur, quomodo locutio-  
nes praecipue biblicae, vbi entia irrationalia gloriam Dei ma-  
nifestare feruntur, interpretandae sint. Entia videlicet irra-  
tio-

tionalia eatenus gloriam Dei manifestare commode dici possunt, quatenus entibus rationalibus occasionem & ansam subministrant Deum cognoscendi eiusque laudes celebrandi. Ingrediuntur eiusmodi loquendi formulae figuram rhetoricanam, *prosopopoeiam* dictam, vbi rebus irrationalibus praedicatum tribuitur, quod proprie non nisi subiecto intelligenti conuenit. Posunt etiam secundum aliam figuram *metonymiam* scilicet explicari. Vid *Glossus* in philolog. sacra Lib. 5. tract. I. cap. 10. seq. conf. etiam *Io. Iac. Rambachii* herm. sacra lib. 3. §. 3. seq.

### §. XIII.

#### GLORIA ENTIS QVID?

Cum manifestatione perfectionum entis arctissimo vinculo cohaeret gloria ipsius. Gloria enim entis consistit in cognitione quam alia habent entia de ipsis perfectionibus. Alioquin etiam satis recte finitur, per complexum omnium perfectionum.

#### SCHOL.

Quaestio moueri posset, an etiam cognitio proprietatum diuinarum verbis aut signis exprimi debeat. Si absque subsidio saecularium paginatum, quae aperte id iubent, decidenda esset quaestio; haud illam affirmare auderem. Dei enim, prout entis immutabilis, beatitudo, neque augeri neque minui potest. At creaturas tamen ad illustrationem gloriae diuinae signis significatam quam maxime obligatas esse, nemo non videt. Sunt enim signa, ut exempli gratia organa loculac, media, quibus animi nostri cogitationes & erga Deum venerationem significare possumus. His vero mediis multi ad cognitionem Dei adspirare queunt. Quum vero tali modo finis creationis promoueri possit, & quisque ad illum obligatus sit, facile confici potest, entia intelligentia ad cognitionem Dei verbis aut signis exprimendam, magna teneri obligatione.

### B 3

### §. XIV.

- 2  
 31.  
 21.  
 30.  
 5.  
 6. 29.  
 7. 16.  
 18.  
 8. 27.  
 35.  
 9. 7.  
 10.  
 11.  
 12.  
 13.

## §. XIV.

## FINIS CREATIONIS HOMINVM QVIS?

Quum omne mutabile mundo adnumerandum (per consecr. §. 4.) & tellus nostra mutabilis sit, mundi vero creationis finis in manifestatione gloriae diuinæ consistat (per §. 12. 13.) manifeste sequitur, telluris nostræ creatæ finem esse gloriam Dei vel perfectionum diuinarum manifestationem. Quoniam vero ad huic scopo diuino satisfaciendum necessario entia requiruntur intelligentia (per §. 12) homo vero inter entia, quae telluri adstricta sunt, vnicus est ratione praeditus, oppido liquet, homines a summo rerum auctore productos esse, vt ipsos de infinitis suis proprietatibus edoceat atque digne instruat.

## SCHOL.

Demonstratione mutabilitatis telluris nostræ sine metu subterfugii reos nos faciendi supersedere possumus; qnum nemo adeo a sana ratione relictus nobis videatur, vt contrarium adserere vlo modo audeat. Ne dicam systema Copernicanum de motu terræ communissime iam receptum omnia plane tollere & proscribere dubia adeoque veritatem stabilire, vt nihil cum aliquali veritatis specie opponi porro possit. Quae circa assertum: *hominem in tellure unicum esse ens rationale produci possent instantiae, eneruare ac refutare deinceps admitemur.*

## §. XV.

## QVOMODO IS OBTINEATVR.

Iam his praemissis, tractatio nostra in quaestione abit: quo modo quaque ratione hic creationis telluris nostræ finis obtineatur; quae quidem quaestio quum propositum nostrum multa ex parte concernat; lectors nostros ad eius solutionem beneuole attendant amice rogamus.

## §. XVI.

## §. XVI.

TRIPLEX MODVS POSSIBILIS EST.

Si hominis creatio manifestationem gloriae diuinæ pro scopo habet (per §. 14.) triplex tantum modus concipi potest, quo huic summi creatoris fini satisfieri possit, aut:

- a) homini innata sit necesse est tanta perspicua Dei idea, vt mediante hac, sufficienter cognoscere possit infinitas Dei affectiones, aut fin minus;
- b) Deus per miraculum homini se reuelare vnicuique debet, vi cuius ipsum eiusque proprietates cognoscere possit; aut si neutrum:
- c) Natura hominis ita comparata esse debet, vt facultatem seu potentiam habeat viribus suis naturalibus, id est mediante ratione & contemplatione rerum creatarum ad infinitarum creatoris sui perfectionum cognitionem adspirandi.

## §. XVII.

MODVS I. NON EXISTIT.

De *innata Dei idea* diuersae variorum stant sententiae. Sunt, qui illam plane reiiciunt. Alii diuersi mode illam definiunt. Nonnulli per eam sibi volunt eiusmodi hominis cognitionem, quae ipsum per naturam suam determinaret, vt de existentia Dei eiusque attributis edoctus & persuasus sit, ita, vt haec notio Dei insita attributum hominis iure meritoque appellari possit & debeat. Multi illam sic interpretantur scriptores antiquitatis gentilis, & saepius, idque suo quidem iure, vniuersalem omnium gentium consensum de existentia Dei appellant, quem titulum omnino mereretur si re vera existeret. Sed eius falsitatem suo iam tempore agnouit Cicero, qui in libro de natura Deorum primo, cap. 23. Cottam contra Velleium sic disputantem in-

3  
31.  
21.  
30.  
5.  
6. 29.  
7. 28.  
18.  
8. 27.  
35.  
9. 7.  
10.  
11.  
12.  
13.

inducit: "quod omnium gentium generumque hominibus ita videretur, id satis magnum argumentum dixisse, cur esse Deos confiteremur, quod cum leue per se tum etiam falsum est." Demonstratum hoc est vberius a multis & praecipue a celebratissimo Angliae theologo *Gastrellio* in tractatu de *necessitudine & certitudine religionis*, quem in compendium redactum leges apud *Gilbert. Burnetum* in epitome sermonum sacrorum a *Roberto Boyle* habitorum part. I. pag. 335. seq. Nulli negamus existentiam notionis cuiusdam Dei insitae, sed qualem illam explicitant Carthesiani quidam non accipimus. Si enim per essentiam suam ad illam determinaretur homo eiusque sic attributum esset, nullus illa destitutus viuere posset. Contrarium vero docent gentiles, qui, quum πολυθεισμον souent, falsam Dei notitiam sibi insitam esse tali modo excusatione vti possent. Fuerunt etiam homines, qui multum temporis inter feras vixerunt, apud quos, quum capti sunt, nulla cognitionis entis supremi sibi insitae vestigia reperiri potuerunt. Ex aliorum sententia notitia haec Dei insita definitur, per cognitionem, quae consistit in principiis connatis, quorum ope homo creationis opera considerans, ratiocinando, Deum eiusque attributa cognoscere potest, & huic sententiae patrocinati quandam sunt viri immortales & académiae Ienensis lumina B. *Musaeus* & B. *Buddeus*: prior in introduct. in theolog. cap. 2. §. 19. posterior in tract. de atheismo & superstitione. atque hanc explicationem etiam nos ambabus amplectimur; qui vero diuisionis nostrae modum tertium constituit deinceps suo loco pertractabitur. Quoniam autem primus hic modus experientiae contrarius aperte reperitur, & salua Dei sapientia

pientia iustitiaque (quia scilicet male cum iustitia Dei concordaret hunc habere summi numinis adaequatam cognitionem, hunc vero minus; & sapientiae sanctitatisque Dei non consentaneus esset cultus adeo coactus, qui vero ex adserita existentia ideae Dei adaequatae innatae flueret) non adseri potest, consequitur, illum non existere.

### §. XVIII.

#### SECUNDVS MODVS QVIS?

Secundus modus is est: vt Deus mediante miraculo, id est reuelatione, hominibus se manifestasset. Reuelatio vero in genere est *communicatio alicuius rei, cuius cognitionis ratio immediate in Deo continetur.*

#### SCHOL.

Ex theologia naturali constat, reuelationem diuidi in *naturalem & supernaturalem.* Nobis hic de posteriori sermonem esse nemo non videt. Reuelatio enim *naturalis* sola facultate Deum ratiocinando cognoscendi absolvitur. Reuelatio vero *supernaturalis*, qua cum nobis in hoc §. res est, quodcunque dicitur miraculum, quod perpetrat Deus ad nobis aliquid manifestandum: quod vario modo fieri potest, vt per apparitionem entium extra nos positorum aliasque in nullo commercio nobiscum viuentium, per ecstasim, & quae sunt huius generis plura, quae in scholis theologicis audiri solent & debent.

### §. XIX.

#### REVELAT. EST MIRACULVM.

Quicquid rationem suam sufficientem immediate in Deo habet, illam habet in ente extramundano & viribus naturalibus obtineri nequit. Illud vero, quod supra vires naturales est quem miraculum audiat, inter omnes conueniet: reuelationem *strictè sumtam* miraculum esse.

### §. XX.

#### QVAENAM MEDIA ELIGAT DEVS AD FINES OBTINENDOS.

Theologia naturalis docet, Deum ad finem suum  
obtinen-

C



obtinendum media semper eligere optima. Nunc vero media naturalia potiora sunt miraculis, si vnum idemque mediis etiam naturalibus obtineri potest; ergo Deus media supernaturalia id est miracula semper postponit naturalibus.

## SCHOL.

Duabus indigere videtur adsertum hoc illustrationibus:

1. scilicet media naturalia potiora esse supernaturalibus,
2. hominem sine reuelationis, scilicet supernaturalis, cursu ad cognitionem perfectionum diuinarum peruenire aliqui modo posse. Posterioris adseri probationem praemittamus, ut prioris lucidius appareat. Conuicti lumen a posteriore, ut aiunt, quosdam homines sine reuelatione de existentia supremi cuiusdam numinis persuasos esse. Liceat nobis existentiam reuelationis scriptae, ne ordinem turbemus, hic subsumere. Num non ante id temporis exoptatum momentum, quo sacrae scripturae Φωσφορος ille splendescere incepit, homines exsisterunt, quibus de Deo eiusque qualitate, quamvis non ad salutem aeternam sufficiens, cognitio fuit? aut si hoc etiam lumen rationis supergreditur, nullus tamen negare vlo modo potest, nostris adhuc diebus innumerabiles fere esse gentes, ad quarum aures reuelationis fama nondum peruenit & in quarum numero multi tamen sunt, qui egregia de Deo eiique perfectionibus cognitione instructi sunt, quamvis haec cognitio valde adhuc sit limitata & cum illa, quam nobis sacrae scripturae αληθινον hoc φως subministrat, nullo modo comparari possit. Quod si vero hoc extra dubium est, simul confieatur membra prioris veritas. Omni enim iure sic argumentari licet: Deus hanc vel illam rem mediis naturalibus aut potest obtinere, aut non potest, si posterius est, perpetret necesse est miraculum; si vero prius, nulla est ratio cur non mediis naturalibus vtatur & quare viae proprii preferat multo remotiorem. Quum vero Deus sine ratione agere nequit (p. §. 8.) sequitur, Deum in collisione mediorum naturalium & supernaturalium post habere semper supernaturalia naturalibus,

§. XXI.

## §. XXI.

TERTIVS MODVS QVIS?

Tertius modus fini creationis satisfaciendi, cuius iam §. 17. aliqualis facta est mentio, eo absolvitur, vt habeat homo potentiam seu facultatem naturalem, aut vires propinquas, *in sensu theologico sumtas*, Deum eiusque perfectiones mediante consideratione & contemplatione rerum creatarum cognoscendi (§. 17.) conf. quae de his pro more suo erudite & perspicue disputat S.V. Schubertus in introd. in theolog. reuelat. cap. I. §. 4.

## §. XXII.

EXISTIT.

Quum finis creationis hominis necessario obtineri debeat (§. 8.) & triplex tantum modus fini huic satisfaciendi possibilis sit (§. 16.) huiusque diuisionis modus neque primus neque secundus existat (§. 17-20.) satis patet modum tertium existere necessum esse.

SCHOOL.

Tertium hunc modum re vera etiam existere experientia simul testatur. Intueamur quoquo nosmet ipsos & corporis nostri admirabilem fabricam. Oculi vident innumerabilia sane obiecta summa attentione aequa ac admiratione dignissima. Audient aures suauissimos volucrum concentus, mirandam hominis vocem articulatam, tremendum brutorum mugitum, quo loquela instar vntuntur. Gustus percepit salutarem vegetabilium saporem, aquas salutiferas & mineralium, quae quasi natura nobis inuidiose abscondisse videtur, vim & effectum; quae quidem contemplationes hominem ad cognitionem praestantiae creatoris omnium harum rerum ducere possunt & fere attrahunt, ita, vt ratiocinando omnipotentiam, sapientiam, & vt cathedrae theologicae loquuntur attributa Dei *avegyntra* cognoscere satis possit.

Pace lectorum de hoc Deum cognoscendi modo sententiam Paulinam in Rom. I. 19. 20. obuiam, hic inferemus, quia supra a nobis disputata egregie illustrare & corroborare videtur;



verba ipsa haec sunt: αποκαλυπτεται γαρ ορη Θεος απεγενεσθαι,  
,, νη επι πασαν επεβειαν καγδικιαν ανθεωσων, των την αλη-  
,, θειαν εν αδικια κατεχοντων. Διο τι το γγοσον τε Θεος φανε-  
,, γον εσιν εν αυτοις ο γαρ Θεος αυτοις εφανερωτε. Τα γαρ αν-  
,, φαται αυτε αποκτισεως κομις τοις ποιησας γονεμενος καθορι-  
,, ται η τε αιδιος αυτε δυναμις και θειοτης εις το ειναι αυτες  
,, αναπολεοντες. Διτι γγοντες τον Θεον χκως Θεον εδοξασαν  
,, η ευχαριστησαν αλλ' εμεταιωθησαν εν τοις διαλογισμοις αυ-  
,, των, καγ εποιηθη η ασυνετος αυτων καρδια. Φασκοντες ειναι  
,, σοφοι εμωρανθησαν.

Pensum hoc sic latine reddimus ductrice philologia graeca verborumque ipsorum connectione: manifestatur enim ira Dei cae-  
,,litus propter magnum contemptum cultus diuini & peccata ho-  
,,minum, qui veritatem sciunt, & tamen iniuste viuunt, nam po-  
,,tentia Deum cognoscendi ipsis insita (innata) est, Deus enim  
,,ipsis eam indidit. Attributa videlicet sua iam ab initio mundi ex  
,,rebus creatis per modum ratiocinationis perspiciuntur; infinitae  
,,scilicet eius tam proprietates quam essentia (attributa eius tam  
,,*ανεγνητικα* quam *ανενεγνητικα*) ut sint inexcusabiles. Nam  
,,habentes cognitionem Dei, ipsum tamen non enti supremo con-  
,,sentaneo modo coluerunt, neque gratias egerunt ipfi, sed se ip-  
,,sos fecerunt per cogitationes suas vanas (stulte enim & ab-  
,,surde de Deo cogitabant) & obtenebratum est cor ipsorum stupi-  
,,dum; habentes se sapientes stulti facti sunt. Sedes probationis  
his verbis continetur: *τα γαρ αορατα αυτων και ορατα*. Prae-  
cedentes versus ob particulam connectentem *γαρ* tractationi si-  
mul inseruimus & frequentibus multam lucem praebet. Adserit  
diuus apostolus Paullus *αορατα* Dei perspici posse *τοις ποιημασι*  
*νοεμενοις*, ratiocinando, concludendo ex qualitate rerum crea-  
rum qualitatem creatoris. Nonnulli praesertim antiquiores hu-  
ius loci commentatores, illum pro sede legitima demonstratio-  
nis existentiae Dei habuerunt; sed proprie existentiam Dei de-  
monstrare non adnititur *ο αγιος γερασος*. Ens quoddam supre-  
mum omnium rerum creatarum auctorem existere; illae haud  
negabant gentes, cum quibus in hoc penso proprie rem habet.  
Sed in modo rationeque enti huic supremo seruandi vehemen-  
ter

ter errabant, & errorem suum malitiose defendebant. Conso-  
ciabant enim Ioui suo plura adhuc entia seu Deos minores, qui-  
bus licet non eandem vindicarent independentiam, somniabant  
enim unum Deum alterius esse effectum, solum Iouem nem-  
inis, eundem tamen fere cultum religiosum tribuebant. Erra-  
bant igitur in idea, quam sibi de Deo fingebant stultam sane &  
absurdam, & hanc falsam opinionem de pluralitate deitatis,  
quae principium erat falsae & erroneae religionis, confutare al-  
laborat diuus apostolus, & idololatras plane esse inexcusabiles so-  
lide & *θεοπνευστος* demonstrat. Ostendit fatis abunde eos ex  
contemplatione rerum creatarum dignius saniusque de supre-  
mi numinis attributis instructos esse potuisse, & quidem natura-  
li modo, per solitarium facultatis iplis insitae Deum cognoscen-  
di usum. Hanc interpretationem apostoli menti consentaneam  
esse verba praecedentia & subsequentia euidenter docent. Prae-  
dictit iram Dei caelitus propter multisarium contumum cultus  
diuini malitiamque hominum, qui veritatem agnoscunt (*agnoscere*  
possunt) & tamen iniuste vivunt, manifestatum iri. *Ἄρεβαις* & *ἀδινα* non posunt, nisi spirirui sancto indignissimam  
*τραυτολογίας* imputaueris, per impietatem & iniustitiam, vt so-  
lent, reddi. Quicunque enim iniustus impius est, quare ad  
proprium vocum harum vim & usum recurrendum est. Primus  
vero usus isque ethymologicus vocis *ἄρεβαις* est: contentus  
cultus diuini, seu dissonitas a cultu Dei legitimo, quod vt ex  
multis sacri codicis locis ita praecipue ex versu 18. 19. epist. Iudei  
euidentissime adparet. Quaenam vero hae *άρεβαις* & *ἀδινα* sit  
contextus docet; in eo enim, vt nos quidem arbitramur, cri-  
men gentilium consistebat, quare ira Dei ipsis imminentem prae-  
dicatur, vt veritatem: *Deum illumque propter essentiam unicum esse* satis agnoscerent non vero Deo unico consentaneo modo  
*cultum suum religiosum instituerent*. Haec est nostra huius loci  
explicatio, quae doctorum virorum melioribus forsan interpre-  
tationibus modesta cedit. Caeterum locum hunc paullinum  
in sistema redegerunt L. B. a Wolff in theologia naturali Part. I.  
cap. I. §. 24. S. V. Ribouius, Viri, ob maxima merita summe co-  
lendi, in institut. theol. dogm. Sect. I. Cap. I. §. 167. seq.



## §. XXIII.

HOMO SATISFACERE POTEST FINI EIVS EXISTENTIAE.

Si ergo homo facultate gaudet cognoscitua, siue potentia, Deum ex operibus vniuersi totius machinae cognoscendi (§. 21. & schol. sqq.) sequitur, hominem satisfacere posse fini per creationem intenso.

## §. XXIV.

ET QVIDEM CONTEMPLANDO RES COEXISTENTES.

Si vero Deus eiusque perfectionum complexus ex operibus creationis cognosci potest & debet, (§. 12.) homini vero opera creationis non omnia cognita sunt, manifestum est, id fieri debere ex contemplatione & consideratione totentium, quot ipsi cognita atque perspecta sunt, seu de quibus claras saltem habet notiones.

## §. XXV.

SENSIBVS PERCEPTAS.

Quum clarae rei notiones orientur ex vsu sensuum (per logic.) & ideae clarae tamen desiderentur ad Deum ex operibus suis eliciendum; prono fluit alueo: opera creationis cognitionem hanc eatenus producere, quatenus ea sensibus suis attingere homo potest.

## §. XXVI.

INSVNT OBIECTIS DEI COGNIT. PRODVENDI GRADVS  
APTITUDINIS.

Insunt obiectis sensibus perceptis gradus intrinsecæ aptitudinis, & vnum altero magis idoneum est ad inferiendum cognitioni Dei comparandæ. Sic, vt rem exemplis illustremus, mirabilis oculorum structura multo vberiorem materiam subministrat summam Dei sapientiam admirandi, quam vel truncus aut lapis; quamuis & hi non plane sint destituti attentionis & admirationis dignitate.

## §. XXVII.

## §. XXVII.

HOMO TELLVRIS VNICVM EST ENS RATIONALE.

Quemadmodum omnia entia a Deo creata in rationalia & irrationalia commode dispescuntur (§. 12. schol. 2.) sic etiam entia telluri adstricta in rationalia & irrationalia recte diuidi possunt, & homo in tellure solitarium est obiectum rationale, ex quo attributa Dei infinita eluescunt, & ille simul solitarium ens est, cui Deus inter creaturas terrestres manifestasse dici potest diuina & infinita sua attributa.

SCHOL.<sup>1</sup>

Forsitan hic nobis praelium imminet cum illis, qui telluri nostrae alia adhuc entia rationalia adstricta esse fingunt. Empedocles, unus ex placitis Pythagorae primus procul dubio fuit, qui portentosam hanc opinionem excogitauit. Tam sapientem Deum somniant non decere aerem & oceanos, quanta spatiofa domicilia, absque entibus rationalibus produxisse. Lepidae hinc originem suam traxere narratiunculae fabulaeque de visis in ære spiritibus, venatoribus & cuiuscunque generis spectris, de extractis ex marium abyssis semi-hominibus-piscibusque, quae cuneta quasillariae ac mulierculae filiabus suis religiose sancte que tradiderunt, quaeque in scholis netoriis cum vniuersali omnium applausu auscultata sunt. Quid? quod dari eruditos fatendum est, quibus sententia de pluralitate entium rationalium ad tellurem nostram pertinentium, non plane displicere videtur, quamquam ab eiusmodi fabulosis apparitionibus longissime abhorreant. Cum his iam in arenam descendere neque locus neque propositum permitteret; hoc adnotasse sufficiet, ea, quia nobis non nota ac perspecta sunt, quod tamen necessum esset (§. 24. 25.) non adnumerari posse obiectis, ex quibus diuina attributa ab homine cognosci & sic finis creationis mundi in homine obtineri possit.

## §. XXVIII.

- 2  
31.  
21.  
30.  
5.  
6. 29.  
X. 8.  
16.  
18.  
8. 27.  
35.  
9. 7.  
10.  
11.  
12.  
13.

## §. XXVIII.

**EX SVA QUALITATE QUALITATEM CREATORIS SVI ELICIA.**

Quando igitur homo ratiocinando Deum eiusque perfectiones cognoscere cupit, praesertim ad se ipsum, obiectum illud totius telluris dignissimum, attendat (§. 26.) se examinet & ex sua qualitate & conditione qualitatem & praestantiam creatoris sui concludendo eliciat.

*SCHOOL.*

Est in proverbio: manus laudant artificem. Fingas vero artificem plura compoñisse articia; nonne aequum vel maxime est, vt id, quod omnia alia manuum suarum opera antecellit, dignissimum censeatur, ex quo de scientia eius in arte sua iudicium feramus? Si horologiorum confector plura horologia composuit diuerso valore & praestantia, iniuria esset fereque malitia scientiam, qua in hac arte callet, ex horologio quodam minoris praestantiae diiudicandi. Eodem iure sapientissimi totius mundi opificis, non ex uno solum opificio sed ex omnibus in complexxu sumitis, aut quem id ob limitatam spirituum finitorum de rebus creatis notitiam fieri nequit, ex omnium optimo opificio diiudicentur & celebrentur summae perfectiones.

## §. XXIX.

**CONSIDERANDO QUALITATEM CORPORIS ET ANIMAE.**

Hominem ex duabus partibus essentialibus anima scilicet rationali & corpore organico constare nulli ignotum est. Si ergo se ipsum homo examinare studet, tam ad animam eius rationalem, quam corpus organicum attendat necesse est; quibus duabus partibus essentialibus mente perpenfa consideratis, sole meridiano clarius apparebit: hominem, qualis iam est, vel non esse satis idoneum ad finem existentiae suae satisfacendum, quod tamen esse deberet (per §. 22.) vel ex manibus creatoris sui praestantiorem ac perfectiorem egressum esse, quod deinceps demonstratum ibimus.

*SCHOOL.*

## SCHOOL.

Ne velim offendat lectores, quod in materiam hic delabimur, quae ad rem nostram facere proprie non videtur. Sunt nimirum, quibus non sufficit, hominem ex duabus tantum partibus compositum esse essentialibus, anima & corpore. Fingunt sibi tres partes essentiales, quarum complexum hominem constitutre somniant. Caput huius sententiae sine dubio Plato fuit, cuius vestigia Theophrastus Paracelsus, omnes fere Fanatici & inter hos praecipue Poiretus sequuti sunt. Ex Aristotelis scriptis non confici potest, cum opinionem hanc fouisse; quamquam inter φυχὴν & γῆγον differentiam esse docuerit. Ipse diuus Lutherus noster ex laudabili fero re verba scripturae secundum sensum litteralem & primum vertendi, huius sententiae defensor fuisse a quibusdam fertur. Colligunt id ex Tom. I. Ienens. pag. 429. seq. vbi sic: "Die Schrift theilet den Menschen in drei Theile ein. Sed quamquam negari haud possit; virum immortaliter de ecclesia Dei demeritum de tribus partibus hominis hic disputare; ex eo tamen non sequitur, cum tres partes essentiales aut substantias homini tribuere. Distinguit inter πνεῦμα & φυχὴν non quoad essentiam, sed quoad affectiones & effectus. Sed niti suam sententiam tam rei ipsius natura, quam manifestis sacrae scripturae locis promachi falsae huius hypotheseos clamitant. Mittamus triuolas eorum disputationes, quatenus ex natura animae thesin suam stabilire audent, ne in bellum odiosum & a scopo nostro nimis remotum incurramus. Quid vero ad diuini oraculi testimonia, vbi ex multis locis praecipue illum ex priori epist. ad Thessal. V. 23. allegant, attinet, operae pretium esse ducimus, huius loci, cui aedificium suum praecipue superstruunt, qualemcunque nostram exegesin, saluis aliorum explicationibus, breuiter exponere, verba haec sunt: "Ἄντος δέ ο Θεος της εἰρήνης αγιάσσαι ύπας ὀλοτελεῖς καὶ ὄλοκληρον, ύπαν τὸ πνεύμα καὶ ἡ φυχὴ καὶ τὸ σῶμα αμεμπτώς εὐτῇ πας, βεστια τε καὶ ημέρα Ιησος Χριστος τηρεθει. Ex contextu facilis negotio erui potest, diuum apostolam Paullum consolari Thessalonenses de multis calamitatibus & persecutionibus, quibus affecti misere erant. Dubitasse scilicet videntur multi in ecclesia

D

ecclesia



Ecclesia Thessalonicensi de certitudine resurrectionis mortuorum praecipue corporum, quod ex priori & posteriori epistola huc & illuc satis elucet. Ut igitur ipsis persuaderet non solas animas eorum, quod tum Gnostici & alii arbitrabantur, sed etiam eadem corpora, quae tam duram & aduersam fortunam passa erant, resurrecta esse: votum hoc epistolae suae subnecit. Quae- ritur statim quid apostolus velit per expressionem ὁλοτελεῖς, num etiam sanctificatio existere potest, quae non est ὁλοτελῆ? qua- re adiectum aduerbiο ὁλοτελῶς, more Graecorum, vices sustinere videtur & tunc sensus hic oriretur: Deus penitus vos sanctifi- ciet. Maximam vero difficultatem mouet vox πνευμα cūm praedi- cato suo ὄλοντηρον, quae quasi contra distinguitur τη φυχη. Vox πνευμα solo in nouo testamento significatus habet XXIV. Pluribus adhuc gaudet apud LXX. interpres scriptoresque pro- fanos. Inter illos vero, qui in sacra scriptura reprehenduntur, nullus est quocum concordaret praedicatum ὄλοντηρον. Haec e- nem vox, quemadmodum composita est ex ολος & ητηρον vi compositionis significat tota forte constans, aut totum. Quod si igitur πνευμα per spiritum darein, sensus enasceretur plane αὐ- τος; spiritus enim, ens simplex, omnis divisionis expers est, illique nullo competit modo praedicatum ὄλοντηρον. Nihil dixil- se iuuat, esse hebraismum, si duae voces, πνευμα & φυχη, in sacra scriptura coniunctae intenuntur. Confitendum quidem est, hebraicū hunc assiduo sacrae scripturae lectori, quanis fere pagina, tam in notio quam veteri testamento occurrere, sed quaenam huius hebraismi cauſa & ratio sit, haec est quaestio, haec res agitur. Nobis ergo vox πνευμα totam hominis sub- stantiam, vel potius complexum substantiae animae & substanc- tiae corporis denotare hic videtur & sic phrasis πνευμας ολοντη- ρον reddenda esset per totam hominis essentiam seu substantiam. Particula και bis repetita accuratius vertitur per tam- quam, quod noui testamenti scriptoribus aequa ac profanis familiare valde est, & tunc totus versus sic audiret: ipse vero „Deus pacis (vox ειρηνη loco ηλιον quaecunque bona significat) „sanctificet vos penitus, & tota vestra substantia, tam anima quam „corpus, inculpate conseruentur, usque dum venerit dominus no- fier

ster Iesus Christus. Caeterum de illis, qui de hoc problema philosophico-theologico ex instituto egerunt vid. S. V. *Walchius* in Lex. philos. qui plurimas opiniones, etiam recentissimas in compendium redegit sub nomine *Mensch* p. 1756. De discrimine inter spiritum & animam an existat aut non? legi praesertim meretur Henry Dodwell in libro sub rubro: *that the Soul is a principle naturally mortel* London 1706. vbi de distinctione inter animam & spiritum prolixo differit.

### §. XXX.

ANIMA HVM. QVASNAM HABEAT FACVLTATES?

Vna pars hominis essentialis anima eius est rationalis (§. 19.) per quam ens intelligimus quod sibi met ipsi concium est. Attributa eius sunt: facultas sentiendi, imaginandi, somniandi, fingendi, attendendi, reflectendi, memoria, intellectus, facultas iudicandi, ratio, facultas appetendi & auersandi, facultas affectus habendi, voluntas, libertas, & forsitan adhuc plura.

### §. XXXI.

ANIMAE HVMANAЕ FACVLTATES SVNT LIMITATAE ET CORRVPTAE.

Quod si animae has facultates accuratori mentis disquisitioni subiicimus, facili negotio animaduertimus, harum nullam quidem homini, sanae mentis compoti, deesse posse, at multas tamen, nisi omnes, valde esse limitatas & insufficientes ac procul dubio plures eiusmodi animae affectiones compositibiles esse simul reprehendimus. Sic, vt exemplum demus, cognitio humana limitibus valde circumscripta est, & augeri ac crescere multum posset. Fallit memoria, & voluntas depravata adeo est, vt, canente Ouidio, meliora videamus & deteriora sequamur, & vt breues simus, anima hominis ens est, quod in suis realitatibus augeri & per consequens perfectius esse potest.

D 2

SCHOL.



Sed omnia praeter Deum entia limitata esse & hinc quoque hominem limitibus circumscriptum esse debere forsan exceptis. Sed probe obseruandum est, hominem, posse meliorem & praestantiorem, salua entis creati limitatione, cogitari, id est, tantum esse discriben inter Deum & hominem, ut posterior multo praestantior esse possit, salua Dei praerogatiua, & praeterea maxime probabile est, Deum eatenus creasse hominem praeclarum, quatenus id modo possibile fuerat.

## §. XXXII.

CORPVS HVMAN. EST LIMITATVM ET IMPERFECTVM.

Altera hominis pars essentialis corpus eius est organicum, quod etiam valde limitatum esse quavis hora satis experimur. Sub innumeris gemiscit calamitatibus & miseriis, quin immo subitaneam dissolutionem partium suarum tunc iam experitur, quum vix esse incipit. Quum vero etiam ab his calamitatibus immune cogitari possit, consequenter etiam perfectius esse potest.

## §. XXXIII.

HOMO VNQVAM PERFECTIOR FVIT.

Ex praemissis his hactenus demonstratis, hanc formamus conclusionem: si scopus creationis telluris manifestatio gloriae diuinae est (§. 14.) & opifex aut quiunque artificii confector ex officiis suis, & quidem ex omnium optimo ut diiudicetur iustum aequumque est (§. 28.) si porro in tota, quam late patet, tellure, homo omnium praestantissimum ens est creatum (§. 27.) simulque solitarium, quod cognitionis Dei capax, (§. 14. 28.) hominis vero conditio, quoad animam & corpus, quae scilicet duae sunt hominis partes essentiales, misera & depravata est, (§. 31. 32.) sequitur, hominem considerando seniet ipsum seu conditionem & qualitatem

tem suam non satis dignam Dei eiusque perfectionum adipisci posse ideam siue cognitionem. Quia vero digna cognitio Dei finis creationis mundi est (§. 12. Schol. 2.) & Deus pro summa sua sapientia ad finem hunc impetrandum medium elegerit satis sufficiens, necesse est, manifesta haec oriatur veritas: hominem non potuisse talem, qualis iam est eius conditio, ex manibus summi creatoris egredi; sed illum necessario modo primitus multo perfectiorēm seu ad finem suum accommodatiorem esse debuisse.

### §. XXXIV.

**ET IN STATU INTEGRITATIS VIXIT.**

Quod si vero homo ex manibus creatoris sui cum egressus est, multo perfectior fuit, id est vires sufficientes fini satisfaciendi habuit, ac proh dolor! iam est, (§. 31.) necessaria consequentia tempus concipiendum est, quo homo aptior fuit ad finem, ob quem existentia donatus est, implendum. Illud nunc tempus liceat nobis appellare *tempus integratitatis hominis*; & quum fratus sit determinatio rerum, quae cum ente tamquam co-existentes cogitantur: (per ius nat.) oppido patet, tempus illud, quo nimur homo integritate hac gauisus est, recte apteque appellari posse, statum hominis integratitatis vel primae perfectionis. Ergo vñquam exstitit status integratitatis.      §. XXXV.

**IAM VERO NON AMPLIUS.**

Quum ergo tempus vñquam cogitari debeat, quo vñus vel plures homines, quod rationes lumen determinare prorsus nequit, aptitudine maiori praediti fuerunt fini existentiae suae satisfaciendi (§. 32.) & homines in illo temporis spatio degentes in statu integratitatis vixisse dicantur. (§. 34.) Illud vero tempus amplius

D 3

non



non existat; saluis adhuc (§§. 19. & 32.), consequens est, vt haec determinatio rerum cum homine iam non coëxistat, seu quod idem est, vt homo in statu integritatis non amplius versetur. Ergo iam non existit amplius status integritatis.

### §. XXXVI.

DE COMMODIS EX PERTRACTATA HAC DOCTRINA RE-DYNDANTIBVS.

Sed fortassis, concessa etiam tota nostra hypothesi, difficilior multum euitatu illorum erit castigatio, quorum familiares & quotidianaे nimis quaerelae, de caecitate & temporum nostrorum corruptione, vbitot tractatiuncularum agmina orbi litterario iniunguntur, quibus vel nullus plane in scientiarum incrementa influxus est, vel quae tamen leuiter tantum illas attingunt, etiam nostraे tractationis caussa audientur. Horum hominum, qui saepius tamen eodem morbo laborant, taxationi vt subterfugiamus, operae pretium esse videtur pauca saltem pronunciasse commoda, quae ex hypothesi hac emanant.

### §. XXXVII.

COMMODVM L.

Nulla re magis indigemus ad debellandum & os obtrudendum religionis nostrae sanctae aduersariis quam certo quodam cognoscendi principio. Hoc nobis nunc subministrat sacra scripture, diuinum nostrum oraculum. At enim vero ab antiscrypturariis, doctisque diuini huius codicis aduersariis numquam imperabimus, vt nobis eius diuinitatem sine vlla prorius demonstratione largiantur; pertinaciter vrgebunt & contentiose nos expostulabunt, vt illis necessitatem alicuius reuelationis scientifice certam reddamus. Qua-

li

li vero id modo fieri possit absque demonstrato antea lapsu protoplastorum res est perspectu difficillima.

## SCHÖL.

Tantum abest ut negemus, sacrae scripturae aduersarios nullo alio modo quam supra allegato conuinci & debellari posse, ut certo potius credamus e re magis esse consultiusque, ad experiendum internum spiritus sancti testimonium illos allicicendi, ut & fine praecognitis opinionibus ad diuina & plane singularia diuini huius libri criteria, yti ad praedictiones futurorum contingentium illorumque adaequata complimenta, aequo animo attendant. Ne vero anti-scripturarii, qui eiusmodi remediiis curari nolunt, falso sibi persuadeant se victoriae palmas iam deportasse, obstinate reuelationis necessitatem negantes, erudiendi & conuincendi prins sunt de reuelationis necessitate, quod mediante nostra argumentatione qualitercunque, quod tamen praefiscine dixerimus, fieri posse arbitramur.

## §. XXXIX.

## COMMODVM. II.

Alterum certe non spernendum doctrinae huius commodum est, quod ad destruenda multorum tam  $\alpha\theta\epsilon\omega\eta$  quam  $\pi\alpha\nu\theta\epsilon\omega\eta$  systemata multum iuuet. Ne nimis prolixissimus, vnum allegasse sufficiet, qui tamen quoad impudentiam & ignorantiam omnium instar est, famosum scilicet Io. Christ. Edelmannum, cuius recocatum & portentosum religionis sistema, si eiusmodi nugas systema appellare fas est, vnico eo arenoso sane fundamento nititur, ut hominem in eodem adhuc statu perfectionis esse, in quo primitus a Deo creatus est, absurdissime, pro more suo, proclamet; vt aperte illud professus est in seinem Glaubens-Bekenntnisse pag. 239. his verbis: *keine Creatur kann mehr oder weniger „haben, als sie von dem Schoepffer bekommen. Selbst der „Teufel könnte, wen einer waere, keine andere Beschaffen-“heit an sich haben, als die er vom Schoepffer bekommen &* pag. 245. *„Die Religion kann nicht leiden, dass wir unsere „vom Schoepffer anerschaffene Güte behalten dürfen, quod etiam rectissime adnotauit, & vnum ex articulis fidei Edel-“mannianae*



32

nianae fundamentalibus esse ostendit S. V. Ioh Heinr. Pratje "in seinem histor. Nachrichten von Ioh. Christ. Edelmanns Leben, Schriften und Lehrbegrif Hamb, 1753. pag. 78. Quod si vero statum integritatis & lapsum protoplastorum ex rationis sanae principiis erueris, non habebit amplius venenifera tela, quae contra necessitatem reuelationis explodat, & sic ex hoc iam vnico fundamento argumentum tractationis nostrae satis superque iustificari posset.

### §. XXXIX.

#### OBJECTIONE QVAEDAM GENERALIS SOLVITVR.

Quamquam qualicunque huic opusculo multas obiectiones opponi posse satis simus superque persuasi; illarum tamen, quum mulae iam nobis sint praeuisae, recensioni & refutationi, ne lectori taedium moueamus, non immorari placet; vni haruu tantum eique generaliori obuiam iuisse sufficiet. Esse fortassis *Ωιλοροφομις* & de abusu rationis lamentantis: hypothesis scilicet nostram, aliquid ab auctoritate & praerogativa sacrae scripturae detrahere, quippe quae hactenus vnicce ex S. S. fonte hausta fuisset. Verum enim vero, obiectiōē hanc sponte corruere facile apparebit. Tantum enim abest, vt auctoritatem sacrae scripturae doctrina haec, ex rationis sanae principiis demonstrata, ylo modo violet, vt valde potius illam confirmet multumque iuuet, vt ad legenda eius contenta aduersariorum animi allicantur. Demonstrata enim ex lumine rationis status integratatis existentia, & corroborante ac illustrante id adhuc lucidius sacra scriptura, fieri non potest, quin desiderium aduersariis moueatur eum euoluendi librum, qui graues adeo & ponderosas res enarrat, si etiam ea tantum ratione ad id extimularentur, vt suas cum scripturae sacrae argumentationes comparent atque examinent, an illa, quae dictamen rationis tradit, cum illis, quae sacrae paginae docent amice concordent. Et profecto tam summa attentione quam admiratione digna res est, quod diuinus hic liber, qui pro reuelatione a tot hominibus habetur, a veritate exoriatur, quae adeo accurate rationis lumini respondet, quaeque internam quasi secum fert potentiam & efficaciam animos lectorum ad ulteriora codieis huius contenta legendum irritandi. Et num finis auctoritasque sacrae scripturae eo absoluitur, vt nos de existentia status integratatis edoceat, annon potius pro scopo habet, vt nos de via mediisque, quibus amissamhanc perfectionem per redemptorem, vere Deum & vere hominem, recuperare possimus, instruat atque erudit; quare haec quidem obiectio hypothesis nostram nullo modo ferit.

Prius vero quam manus de tabula retrahimus lectors benevoli compellandi adhuc sunt & amicissime rogandi, vt qualem cunque nostram tractationem, si forsan ipsos offendit, pro mera habere hypothesis & neglectam passim in demonstrationibus rigorositatem & methodum, calamo auctoris ob aetatem minus subacto adscribere humanissime velint. Nullas enim sibi manus eruditii cuiusdam adiutrices expetiit, sed satius dignius que esse censuit, malle se a viris doctis cordatisque, ybiunque id meretur, taxari, quam furtiuis aut aliorum superbire coloribus.



In dex.

1. C. A. Zeibichius (*J. P. C. G. Spiebachii*) de Chaldeicortu V. I. Paraphrasiū op. fudd. auctoritate
2. J. G. H. Lucani (*J. P. C. G. Krügeri*) Geogenia & Etatysmologia Wiltoniana dubia redditā.
3. J. C. Janichen Prologa novo specimen argumentis mathem. atq. philos. retractata.
4. J. C. Lindeus Modesta Hypothesis de factū integritatis hominū quondam existentem.
5. J. Mildahn (*J. P. E. Gruppi*) de Tentatione Eva & Christi, ad Gen. M. i. ip. & Matthe. V. 14.
6. G. Fridericus (*J. P. R. Rumi*) de Quaest. An. & quanta de Lipp. gen. huc. ex Cor. nat. certat.
7. T. T. Ditzmar (*J. P. J. S. Semler*) de Imagine Divina in homine per corporum perdita.
8. J. M. Stör de Adamo. Protoplasto ad imaginem Christi per fidem reparatus, ad Gen. M. 22.
9. D. G. Rudolphus de Patriarcharum, quibus genuere, annis secundum LXX Interpretar.
10. J. C. Bahrmaier de Fatis coctus pretiosis div. Num. cultui addicti ab Adams usq; ad Noachum.
11. J. D. Michaelis Commentationes dua de Leges Div. de Poena homicidii.
12. W. J. Heroldi (*J. P. J. A. M. Nageli*) Exercitatio Philol. in Gen. XXI, 16.
13. J. C. Burgmann de Messia Typico.
14. G. L. Klingeri (*J. P. J. A. M. Nageli*) Facta quedam Sacobi Patriarcha illustraria secunda tuis A. confidata
15. J. Th. Hörmanni de Postate Josephi in Jacobum parentem, ad Gen. XLVII. 29-31.
16. J. A. M. Nageli in Genes. XLIX, 24.
17. C. G. Eichlerus de Mose Candidato Regni Egypti. (de Precepto Dei Exod. XI. 29. 30. 31.)
18. J. G. Quistorp (*J. P. J. W. Blaupius*) de Dispensatione leg. nat. inter impossibilium Deo referenda ac Genus.
19. J. C. Moierius de Transita Fracti. per Mare rubrum. De miraculo ad opylie. verba Exod. XII. 21. 22.
20. C. F. Huthius Canticum Mosis triumphale Exod. XV. 1-21. augsburgum pochos Hebreorum exemplum.
21. J. O. Huldricus (*J. P. C. Henri*) de XII. Fontibus & LXX Palmis in Elem, ad II. Exod. 15, 27. & Num. 33, 9.
22. J. G. Waldinus de Visitat. Dei in tertiam & stam et operari. Bonit in milles. generat. Ex. 10, 5, 6. Deut. 5, 9, 10.
23. C. F. Bahrdt (*J. P. J. F. Bahrdt*) de Dispensatione diu. ab obligatione legis Decalogi pecta.
24. C. L. Schlichter de Lychnuchi. s. Egyp. mysterio.
25. J. F. Temme (*J. P. J. F. Stiebitz*) de Hirim & Thummim: ad ductum Exod. XXVIII. 30.
26. Joann. R. Antiquifing, ob hieroglypha Ind. grec. Basylas solubilis, dr. jenior. P. Scip. Graec. Olympias facilius.
27. J. C. Serbe Proverbium Mosicum Nam. XXI. 14. 15. curis philol. explicatum.
28. J. S. Wiesneri Mediator generis humani Propheta scit Mops. ad Deut. XXVIII. 15. 18.
29. J. D. Michaelis Lex Mosaicia Deut. XXII, 6, 7. ex historia nat. & morib. aegyptiorum illustrata.
30. D. L. Königsmann de Oracle Div. Is. XI, 6. vulgo non recte & justa egnosio.
31. C. J. Huthius de Semine Mulieris in thoros Davidis II. Sam. VII. 11-16.
32. J. F. C. Rosenthaler (*J. P. J. T. Carpovii*) ad Verba Davidis: 717 518 553 15 708 711 721 2 Sam. 16, 10.
33. C. H. Zeibichius de Quaestionibus abfrustis Regine Sabae Salomonis propositi, ad Reg. 10, 1. & 2. Cora. 9, 1.
34. J. F. Cotta Vindicia Verborum Naamanis syri Prophete II. Reg. V. 18.
35. C. A. Grausi de Ora Sothonica ad II Reg. XX. 30.




















25

Theologiae Dogmaticae methodo scienti-  
e Loc. V. §. 609. Sch. 3. praesentem no-  
per concursum Dei specialem ad actum  
ie actionis explicatum cupit, et concur-  
dit, per quem *omnia*, quae in actione  
iantur; consequenter uterque Concita-  
tionis ad agendum oblationem *eo fine*  
ie ieius agat, et determinationem actionis  
ie uterque est in errore, quia docente  
phia, ad actiones malas non concurrit  
ursu vniuersali s. generali.

### §. XXXII.

item concitationis vel positivae conce-  
fi, permissionem Divinam hoc loco in-  
no dicendum foret, si, quaestione hic  
impossibile. Enimuero hoc impossibile  
onstrauimus; adeoque nunc disjunctiuia  
per quaestione est explicandus locus,  
missione נא אמר est exponendum. E-  
significatus nondum praefato sunt exce-  
exempla (§. V.). Ergo, quod per qua-  
ari debeat, videtur consequi.

### §. XXXIII.

autem praeoptem hanc explicationem,  
libet, ut alteri, quae de permissione expli-  
parte sit contraria, ut potius permisio  
supponatur, cum, quod sine permissione  
ta Dei miraculosa impeditio nullate-  
nus

D

32.

33.

34.

35.